



J. M. Mele L. S. 1711  
25

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.





32. Sam. Strypkii De suspensione ab officio  
 33. J. L. de M. de Gualis.  
 34. Joach. Deckeri de non numerata pecunia.  
 35. Petri Schulzer de Donatione principis.  
 36. Joh. Joach. Schoefferi de Aere Principis circa Adesputa.  
 37. D. Bruchardi Bardali de Revertentia ejusq. in jure effectibq.  
 38. Petri Müllereri de Revertentia ejusq. in jure effectibq.  
 39. Sam. Strypkii de salute publica furium eximictor.  
 40. Christiani Schröteri de Soriani Juris Critica.  
 41. Petri Müllereri de jure Solide.  
 42. Sam. Strypkii de Successione Prætorii hodie non receptaria.  
 43. Gouli Hieron. Bonneri de Apertura testamentorum.  
 44. Henrici Coccyi de Clausulis testamentorum.  
 45. Christoph. Thomasi de primis initiis successione testamentar.  
 46. Sam. Strypkii de Testamento in finem confecto.  
 47. Christ. Wildvogeli de Testamento Legati.  
 48. Sime. Christophori Asini de Examine testium ad perpetuam rei memoriam.  
 49. Christiani Wildvogeli de Testibq. non rogatis.  
 50. Eiusdem de ultima voluntate testatoris non servanda.  
 51. Joh. Christoph. Donat: de Virginitate Juris.  
 52. Joh. Joach. Schoefferi de Jure Virginitatis privilegii.  
 53. Sam. Strypkii de non usu Juris Quasiti.  
 54. Henrici Balthasaris Roth: de Usu Tractat.

49.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
TESTIBVS NON  
ROGATIS

Von ungebetenen Zeugen/  
*Quam*

EX ILLUSTRIS FACULT. JURIDICÆ DECRETO  
IN ACADEMIA JENENSI

SUB UMBONE  
RECTORIS ACADEMIÆ MAGNIFICI

VIRI ILLUSTRIS

DN. CHRISTIANI VVILD-  
VOGELII,

Jcti Famigeratissimi, Consiliar. Saxo-Ise-  
nacenſis Intimi, Curia Provincialis & Scabinatus  
nec non Facultatis Juridicæ Aſſeſſoris ut & Pro-  
feſſoris Pandectarum Ordinarii

*Domini ac Promotoris ſui gratioſi*

Ad diem 22. Maji M D C C.

In Auditorio Ictorum

*publice diſquirendam proponet*

M. JOH. PHILIPPUS *Schreiber* / Fac. Phil.  
Adj. U. J. Cand. et L. P. C.

---

ERFURTI, recuſa Literis MÜLLERIANIS 1706.



DISSERTATIO JURIDICA  
 TESTIBUS NON  
 ROGATIS  
 Von unsehr beehrten  
 Ex Illustri Facult. Juridice Decreto  
 IN ACADEMIA JENENSIS  
 SUR UMBONE  
 REGTORIS ACADEMIE MAGNIFICI  
 CHRISTIANI VVILD-  
 VOGELII  
 Juri Famigeratissimi, Consilii, Szcol-  
 haeussis laudis, Curae Provincialis & Szcolae  
 nec non Facultatis Juridicae Affectuosis Szcolae  
 Illustri, undechterem Ordinarium  
 Dominum ac Promotorem sui gratia  
 Ad diem 22. Maji MDC.  
 In Auditorio ICionum  
 M. JOH. PHILIPPUS  
 Adj. G. J. Cand. etc. P. G.



## PROLVVSIO.

### *Differtaturi de Testibus non rogatis considerabimus*

1. Ipsos in se, per
  1. Definitionem eorum,
  2. Enumerationem specierum. Sunt enim illi
    1. Ratione causæ Finalis divisi, vel
      1. Aliâ de causâ convocati,
      2. Tales, qui casu, id est: nullâ illis præ-nunciatâ de causâ, confluerunt; Vtriq; vel contuentur
        1. Negotium civile; & hi erant vel
          1. Necessariò atque nominatim ad eum, cui interfunt, actum ro-gandi,
          2. Non-necessariò invitandi ad actum quem observant.
        2. Factum criminale.
      2. Ratione temporis divisi, sunt vel
        1. Simpliciter non rogati, seu: nullo tempore rogati ad actum, cui interfunt, id est, nec ante-nec postquam adfuerunt.
        2. Certo quodam tempore non rogati; vide-licet ab initio, id est, antequam accede-rent, non vocati ad negotium, cui in-terfunt.
  2. Valorem Testimonii, quod Testes ad negotia quædam ci-vilia non-rogati deposuerunt de actibus quibusdam ce-lebratis
    1. Inter vivos, seu non mortis causâ, ut:
      1. Matrimonii contractu celebrato.
      2. Solutione debiti chirographo comprehensi,
    2. Mortis causâ, v. g. Testamenti ordinatione.



## SECTIO I.

In qua Testes non rogati considerantur in se.

### THES. I.



Estes non rogati sunt personæ, quæ observant negotium quoddam alienum, ad quod observandum ut adsint, ipsæ non sunt admonitæ.

### §. I.

Hæc definitio, ne suo definito fieret *latior*, adjecimus particulam determinantem: *alienum*; quodsi enim indeterminatè & absolutè dixissemus: Testes non rogati sunt personæ, quæ interfunt actui *cuidam* &c. certè omnis ille, qui interest actui cuidam, cui observando ut intersit, ipse admonitus non est, esset Testis non rogatus, & per consequens ille etiam, qui interest proprio negotio, cui observando ut intersit, non admonitus est, esset Testis non rogatus. Interesset enim & hic nego-



negotio *cuidam*. Cum autem nemo possit esse testis in propria causa, l. 10. ff. de Test. l. 10. C. eod. hinc proprie testis non est ille, qui factum proprium cognoscit, sed is, qui alienum. Inferenda itaque huic definitioni erat vocula; *alienum*.

§. II.

Eadem hæc definitio ne suo definito evaderet *angustior*, allaborantes, *Primò* præcognovimus: Definito suo angustio-rem fore definitionem nostram, si divisionem testium in rogatos & fortuitos adæquatam crederemus cum Gvidone Papæ in *decisio-um. Quest. 530. Summar. n. 2.* [ ubi ait: *Testes in Testamento an debeant esse rogati, an sufficiant fortuiti?* ] & diceremus: Testes non rogati sunt personæ, quæ fortuito interfunt negotio *cuidam* alieno. Nam inter testes rogatos & fortuitos, seu nullâ de causâ invitatos, intercedunt insuper illi testes non-ro-gati, qui aliâ de causâ atque ea est, quam postea cognoscunt, sunt convocati.

§. III.

Et quamvis testes aliâ de causâ rogati, eam, ad quam observandam non invitati sunt, tanquam fortuito, absque præ-secutu eorum & inopinatio contingentem observasse videantur; tamen, quia I) illud verè est fortuitum, quod sine ullo hominis consilio evenit; certè testes fortuiti erunt testes, sine ullo ho-minis consilio intervenientes alicui actui. Cum autem testes aliâ de causa rogati, atque ea est, ad quam postea illi adhibentur, non intervenerint huic sine ullo hominis consilio. Licet enim absq; testium non-ro-gatorum præcitu & consilio aliud negotium, quam illud erat, ad quod vocabantur, suscipiatur, ipsique ad hoc præter opinionem tanquam testes adhibeantur; tamen a-liâ-de-causâ-rogatus testis non est testis sine ullo hominis con-silio alicui negotio interveniens; quoniam intervenit consilio

vocantis, qui sibi proposuit: eum adhiberē ad aliam causam atque ea est, ad quam eum vocavit. Ideoque testis aliā de causā rogatus non est testis fortuitus.

§. IV.

II) Patet ex his, quod per fortuitos testes non-rogatos intelligantur testes, qui nullā eis prænunciatā causā casu confluxerunt; ideoque illi, qui aliā de causā convocati sunt, atque ea est, ad quam postea ii velut testes adhibentur, non erunt fortuiti. Hi enim non confluxerunt casu, aut nullā iis prænunciatā causā.

§. V.

*Secundo* notam definitionis definitio suo angustioris effugit nostra definitio etiam per hoc, quod in ea nudum conspicitur ly *negotium alienum*. Quodsi enim in ea dixissemus aut: 1) negotio cuidam *civili* alieno; per hoc exclusi fuissent illi testes non-rogati, qui negotio aut facto cuidam alieno criminali intersunt, cui observando ut intersint, non erant invitati; aut si 2) dixissemus: negotio cuidam alieno *criminali*; proferō hoc modo coarctata definitio in ambitu suo complexa non fuisset testes ad negotium quoddam civile non rogatos.

§. VI.

*Tertio* consultō omisimus in definitione hanc determinationem: non sunt admonitæ, *cum tamen admonendæ erant*. Nam dantur etiam testes non rogati, qui ut rogarentur, non erat necesse; veluti inferius, Sect. II. docebitur, v. c. ubi agitur de testibus non rogatis ad solutionem debiti chirographo constantis. Et ita definitio hęc determinatione constricta non potuisset accommodari iis, qui contuiti sunt *alienum* quoddam nego-

negotium uti tales non-rogati testes, qui, ut rogarentur, non  
neceſſe erat.

## §. VII.

Quarto omiſimus hanc determinationem: *ab initio, ante-*  
*quam ſcilicet alieno negotio intereſſent*, non ſunt admoniti. Alias  
enim noſtra definitio Testium non-rogatorum attribui non po-  
tuiſſet iis teſtibus, qui nec ante, nec poſtquam adfuerunt, ad-  
moniti ſunt, ut interſint actui quem contuentur; cum tamen  
hi etiam ſint teſtes non rogati.

## THES. II.

Analyſin paſſa noſtro definitio facile nos perdu-  
cit ad cognitionem ſpecierum, quas ſub ſe compre-  
hendunt teſtes non-rogati; ſiquidem ex analyſi ejus  
colligi poſſunt, & in ordinem redigi illorum ſpecies,  
hunc in modum: Teſtes non-rogati distribuuntur  
vel ratione cauſæ finalis, vel ratione temporis. Ratione  
cauſæ finalis diviſi, ſunt vel aliâ de cauſâ convocati, vel ta-  
les, qui caſu confluerunt. Utrique vel obſervant nego-  
tium civile, vel factum criminale. Teſtes ad civile quod  
obſervant, negotium, non-rogati, alii ad talem actum, cui  
interſunt, antea rogandi erant, alii non neceſſario invitandi  
erant ad eum, quem cognoscunt, actum. Ratione tem-  
poris diviſi Teſtes non-rogati, ſunt vel ſimpliciter non-  
rogati, ad intereſſendum ei, cui interſunt, actui, i. e. nec  
ante- nec poſtquam adfuerunt; vel: certo quodam  
tempore non-rogati, videlicet ab initio, i. e. an-  
tequam

tequam accederent, non vocati ad negotium, cui  
interfunt.

## §. I.

Animus jam nobis non est, omnes ac singulas has testium  
non-rogatorum species ampliore explanatione prosequi; ve-  
rùm istud nostrum est institutum, ut in porro dicendis saltem  
expendamus valorem & effectus testimonii, quod testes ad ne-  
gotia quædam civilia non-rogati de his deponunt.

## §. II.

Interim tamen hæc insuper monemus: Quod, si quis pu-  
tet: nos non adæquatè & plenè divisisse testes non-rogatos,  
quando eos ratione causæ finalis & temporis divisimus; cum  
etiam dividi possint ratione Loci in eos, qui ad hunc locum aut  
illum non rogati sunt; respondemus: nos enumerare voluisse  
species testium, qui sine addito, seu absolutè vocari possunt:  
*non-rogati*. Testes autem, qui ad hunc vel illum locum non  
sunt rogati, non possunt absolutè & sine additamento vocari  
*testes non-rogati*: cum tamen testes ratione temporis divisi ab-  
solutè vocari possint non-rogati; nimirum 1) testes simplici-  
ter non-rogati, item 2) testes ab initio non-rogati sustinent  
non-rogatorum testium nomen nude positum. Quando enim  
quæstio est de Testibus v. g. ad Testamentum condendum non  
rogatis, tunc quæstio est de Testibus ante Testimonium non  
admonitis: se testamenti causâ adhiberi, vid. *L. 21, §. 2. ff. qui test.  
fac. poss. L. 21. C. de Testam. ord.*

SECT. II.

## SECTIO II.

Contemplans valorem testimonii,  
quod testes ad negotia quaedam  
civilia non rogati de his  
deponunt.

### THES. I.

**D**Um expendemus valorem testimonii, a testibus ad negotia quaedam civilia non rogatis, deponiti, dispiciemus *PRIMO*, quid valeat eorum testimonium perhibitum de quibusdam actibus celebratis inter vivos, seu non mortis causa, tumque disquiremus I] an testes non rogati audiantur, testaturi de matrimonii contractu & hoc vel celebrando vel dissolutioni exposito; tumque vel de colloquiis suspectis, cum uxore ab alio, cujus ea uxor non est, habitis, utpote ad dissolvendum matrimonium herbam porrigentibus; vel de ipso actu dissolutionis matrimonii. II] an testes non rogati obtineant fidem, si testari velint de redditione quarundam rerum, quæ retribuendæ erant; nimirum: restitutione pecuniæ depositæ, & solutione debiti chirographo comprehensi, eaque vel quatenus facta est à debitore, vel quatenus eam confessus est creditor. *POSTHÆC* contemplabimur: qualem fidem inveniat eorum attestatio in actu, mortis causâ celebrato: testamenti ordinatione,

B

§. Va.

S.

Variat apud Doctores numerus casuum, in quibus illi testes rogandos esse, dicant, seu: in quibus minuta fides tribuitur testibus non rogatis. Hinc factum est, ut saltim aliquos ejusmodi casus, eosque rudi tantum minervâ in tabulâ disputationi præmissâ delineare & recensere voluerimus. B. enim Dominus Brunnemannus in *Auth. Rogari C. de testib. n. 1.* tres tantum insigniores & notiores recenset: *In tribus, ajens, exemplis necesse est testes rogati I) in Testamentis II) in solutione debiti in scriptis contracti, III) in confessione debitoris, quando post solutionem dicit: tale debitum solutum esse.* Num. 2do ait: *Addunt alii quartum exemplum, nempe in divitiis.* In Ludovici Romani singularibus, nec non a Gothofredo in *not. ad Nov. 90. cap. II. lit. r.* observatus est quintus, nempe matrimonium contrahendum: *Novella 117. cap. 15.* suppeditat sextum, nempe observationem colloquii suspecti cum uxore ab alio, cujus uxor ea non est, habiti. Iterumque Gothofredus in *not. ad d. Nov. 90. cap. II. lit. f.* præbet septimum, nempe redditionem pecuniæ depositæ. Septem tamen casus memorati plenius, distinctius & accuratius conspici possunt ex tabulâ sequente, quàm ex iis quæ dicta sunt in proximè præcedentibus: Th. I. & p. h. tabulæ dissertationi nostræ præmissâ. Sequentem enim tabulam ita ordinamus:

Dispiciemus

- 1. Quid valeat eorum testimonium perhibitum de quibusdam actibus celebratis inter vivos, seu non mortis causâ, tamque
  - 1. An testes non rogati audiantur, testaturi de matrimonii contractu, & hoc vel
    - 1. celebrando
    - 2. dissolutioni exposto, tamq, vel
      - 1. de colloquio suspectis, cum uxore ab alio, cujus ca uxor non est, habitis, utpote ad dissol-

ven-

- a. b. c.
- vendum matrimonium herbam porrigenti-  
bus.
2. de ipso actu dissolutionis matrimonii.
2. An testes non rogati obtimeant fidem, si testari velint de redditione quarundam rerum qua retribuenda erant; ni-  
mirum:
1. Restitutione pecunia deposita.  
2. Solutione debiti ebirographo comprehensi, eaque  
vel
1. quatenus facta est à debitore  
2. quatenus eam confessus est creditor.
1. Qualem fidem inveniat eorum confessio in actu mortis causâ celebrato: testamenti ordinatione.

TH. II.

Satis fidei quoad Jus Civile merentur illi, qui actui contracti matrimonii se interfuisse testantur, ad quem rogati non fuerunt.

§.

Thesis hæc opposita est Ludovico Romano, cujus & plurimum aliorum Jctorum, singularia in fascem unum anno 1542. impressum congestit Joann Thietri, in quo fasce ex Ludovici Romani singularibus septingentesimum nonum est hoc: An ad solennitatem matrimonii requirantur testes rogati, & dico quod sic, & legisla possunt probare: hujus resolutio contractus & celebratio debent procedere eodem jure, l. si ad resolvendam. De pradiis minor. Sed ad solvendum matrimonium requiruntur testes rogati ergo ad contrahendum, ut l. nullum. ff. de divort. si de hoc habes glo. singularem in c. nostrates. XXX. qu. 5. per tex. ibi invitatis. Sed Bartholomeus Brixienfis dicit in quadam sua additione, quod ipse non credit glos. veram, sed mihi placuit per illum tex.

B 2

§. 2.

Summa Collectionis, quam fabricavit Ludov. Rom. in hoc singulari, collineat in sequenti ratiocinio: *Quicquid observandum est circa testes in matrimonio dissolvendo, illud etiam circa illos observandum est in matrimonio contrahendo; Atqui rogatus testium observandus est in matrimonio dissolvendo. Ergo rogatus testium observandus m. est in matrimonio contrahendo.* Minorem Ludov. Rom. recte probat ex *l. nullum ff. de divor.* At Majorem ipse perperam putat probari posse ex Jure Civili, scilicet ex *l. si ad resolvendam. C. de pradiis minor.* Nam legis illius tenor est hic: *Filius familias non potest ex intervallo se obligare sine consensu patris, ad retro donationem faciendam donatori; quia, cum semel jus questum minori fuerit in re immobili, jus illud a se abdicandi sine decreto amplius non habet. l. i. in fin. l. sed si pecun. 3. §. si jus 4. l. magis puto 5. §. fundum. 8. n. de rebus eorum. vid. Gothofred. not. ad dictam l. si ad resolvend. de pradiis minor. lit. b.* Unde patet 1) quod pluries citata lex non agat de rogatione testium, sed de consensu patris adhibendo a minorene in resolvenda donatione; adeoque ex ea non possit deduci argumentum concludens ad necessariam rogationem testium in contrahendo matrimonio; 2) quod, cum ille textus agat de minoribus, idem non accommodari possit ad majores 25. annis matrimonium contrahentes; 3) quod, cum ille textus concernat donationem resolvendam, non autem matrimonium contrahendum, idem textus non probet quod erat probandum. Quæ tria momenta satis evincunt, quod in matrimonio contrahendo diversa, nec eadem sit ratio, ergo nec idem jus. 4) patet ex allegato textu, quod per eum Ludov. Rom. majorem suam ita probare voluerit: *Quodcumque requiritur ad dissolvendum aliquem contractum, illud etiam requiritur ad eum constituendum. Quicquid enim requiritur ad donationem minoris constituendam, illud etiam requiritur ad eam dissolvendam; quodque ita ab unico exemplo donationis a minore 25. anni factæ aut retractatæ, ad modum*



dum constituendi & resolvendi omnes contractus argumentetur Ludovicus Romanus. Sed talismodi argumentationi non inest consequentia. Idcirco ex Jure Civili non constat: requiri rogationem testium ad solennitatem matrimonii contrahendi. Et quidem verum est, quod ait Gothofredus ad Nov. 90. c. 2. lit. f. *In iis ergo casibus, in quibus requiritur specialis testium rogatio, simplex testium non sufficit intervenus.* At est contrario verum est etiam, quod sufficiat de jure Civili simplex testium intervenus in iis casibus, in quibus illud non requirit specialem testium rogationem. Regulariter enim de J. Civili sufficit, actum aliquem testes non rogatos intervenisse, per *l. ad fidem ff. de Testib. Farin. q. 62. n. 132.* vidi Brunn. *ad Aub. Rogari de Testib. n. 1.*

TH. III.

Juxta jus Canonicum parum fidei tribuitur illis, qui matrimonio contrahendo interfuerunt, quem tamen actum ut contuerentur, non erant admoniti.

§.

Thesis hæc consentit cum Ludovici Romani allegato Singulari 709. eâ in parte, in quâ ipse ex textu aliquo Juris Canonici demonstravit: ad matrimonii contrahendi solennitatem requiri rogationem testium. Nam canone *nostrates, XXX. quest. 5.* expresse requiruntur testes ad matrimonium contrahendum *invitati.* Quem ipsum textum solum, i. e. non stipatum textu aliquo juris Civilis, etiam allegat Gothofred. *in not. ad saepe citat. Nov. 90. lit. f.*

TH. IV.

Secundum jus Civile non statuitur testimonio eorum, qui cognoverunt vel audiverunt suspectum quoddam colloquium alicujus cum uxore alienâ, quod ut cognoscere, non erant rogati.

B 3

§. 1.

§.

Etenim in Novellâ 117. cap. XV. ille, qui aliquem cum uxore sua illo in loco, quam domo suâ, invenit colloquentem, expresse jubetur, ut, si postmodum per testes: suspectum colloquium alterius cum sua uxore habitum esse, probare velit, ad observationem illius colloquii testes roget. Dicitur enim ibi: *Si vero in alio loco talem invenerit cum sua uxore loquentem: non minus tribus testibus fide dignis convocatis, per quos probare possit, quod eum cum sua uxore comperit: judici tradere crimina examinanti, scil. licentiam ei esse, vid. Gothofr. in not. ad h. locum lit. i.*

TH. V.

Jus Civile nullum valorem tribuit testimonio, quod deponunt ii, qui interfuerunt dissolutioni matrimonii, cui ut intersint, non erant interpellati.

§.

Nam l. 9. ff. de divort. expressa extant hæc: *Nullum divortium ratum est, nisi septem civibus Romanis puberibus ADHIBITIS.* Quibus verbis Gothofredus in not. lit. e. hanc largitur explanationem: *Adhibiti testes idem quod rogati, ut §. ult. Inst. de test. &c. vid. citat. singulare 709. Ludovici Rom. Conf. Brunn. in l. ii. ff. de Testib. eundem in Auth. Rogati de testib. num. 2.*

TH. VI.

Non sufficit secundum Jus Civile ac probandum actum, quo restituta est hæredi pecunia a defuncto deposita, si probatio fiat per testes ad illum actum non rogatos.

§. 1.

Jus enim Civile, l. 1. §. 26. ff. depositi, præcipit, ut, si pecunia in sacculo signato deposita sit, & unus ex hæredibus ejus qui deposuit, veniat repetens, promatur pecunia vel coram prætore, vel intervenientibus honestis personis, & exsolva-  
tur

ror pro parte hereditaria, &c. quod Juris Civilis jussum Dionys. Gothofr. lit. e. ita illustrat: *Intervenisse dicuntur hic, qui rogati fuerunt, ut intervenire & rogari idem sit. Nov. 90. c. 11.*

TH. VII.

Per Juris Civilis & Canonici dispositionem quidem indigni, secundum mores tamen hodiernos digni fide sunt testantes de solutione debiti chirographo comprehensi, eaque aut quatenus facta est a debitore, aut quatenus eam sibi factam esse creditor confessus est, licet ad ejus actum suscipiendum non sint vocati.

§. 1.

Thesin hanc optime declarat Perezius in *Cod. Tit. de Testib. n. 17. & 18.* quando ait: *Quinque testes requiruntur, si agatur de solutione debiti chirographo comprehensi, ut in l. 18. cum Auth. rogati. h. t. ubi disponit Imperator, quinque istos testes debere testari, se vidisse solventem debitorem, vel etiam, se audivisse creditorem dicentem: sibi solutam pecuniam, Mysf. Cent. 1. obs. 5. Et hoc procedit, non, si id viderine vel audiverine forte fortuna, sed si rogati & admoniti in eam rem sint specialiter & solutioni intersint, vel confessioni in solutem vel in creditum accepta pecunia. Quanquam hodie eo jure non utamur. Si quidem solutio debiti, quod scripto constat, probari refellique potest non scripto seu apocha, sed & duobus testibus, perinde, ac si de pecuniâ debita factum nullum esset instrumentum. Nec in conscribendâ apochâ, qua fit privatâ manu creditoris, necessaria est testium presentia, aut subscriptio, cujuscunque summa fuerit. At tabulis crediti vel soluti, qua fiunt apud Notarium, ut certa sit fides & auctoritas publica, semper adhibere solemus testes duos, vel plures, juxta morem regionis, qui praesertim est inspiciendus hæc in parte.*

§. 2.

Adde his ea, quæ tradit B. Brunnem. in *Auth. Rogati. c. de Test. n. 1. & in l. 11. ff. eodem*, & ea, quæ docet Rittershus.



in Nov. p. 9. c. 22. n. 11. Vide præterea l. *testium*. 10. ff. de Test. & Novell. 90. cap. 11. ibique commentantem Gothofred. lit. f.

§. 3.

Modo citata Authentica *Rogari* C. de Testibus est canonizata per text. in c. *testes*, part. si *debetur*, 3. q. 9. ut dicit Alber. in d. *auth.* in princip.

TH. VIII.

Tandem neque Jus Civile neque Canonicum fidem adjudicat testantibus de Testamenti factione, cui ut intersint, non erant admoniti.

§. 1.

Patet hoc *Primo* ex Jure Civili, & quidem ex l. *cum antiquitas*, & ex l. *hæc cons.* C. de Testam. & ex l. *ult.* §. *ult.* C. de Codic. & ex l. *heredes palam*, §. *in testam.* ff. de testam. & ex §. *fin.* Inst. eod. tit. Deinde ex Jure Canonico c. *cum esses*, in fin. verb. & c. *relatum est*, quod. de Testam. vid. Ludov. Rom. consil. 306. Licet enim Jus Canonicum discrepet a legibus quoad numerum testium, non tamen disconvenit quoad solennitatem testium. Vid. Mascard. de Probat. Concl. 1361. per totam. Camill. Borell. Tomo. 2. Decis. tit. 6. Mantica de conject. ult. lib. 2. tit. 12. Farin. Qu. 62. n. 137. & seq. Brunnemann. in l. 11. ff. de Testib. Idem in Auth. Rog. C. eod. n. 1. Struv. in not. & obser. ad Matthæi tractat. de Succession. hujusque auctar. de divorc. Et Vasq. de Succession. Tom. 1. §. 13. num. 53. seq. qui maximum lucis thesi nostræ addit, limitationibus suis variis.


§. 2.

Hujus rei reddunt duplicem rationem, quæ etiam præcedentibus casibus applicari suo modo possunt. 1) timor falsitatis aut fraudis, 2) ut appareat, rem serio & deliberate agi, non perfunctoriè, vel blandièdo. Mantica. d. l. &

Farin. n. 136.

TANTVM.





00 A 6376

ULB Halle  
002 916 72X

3



sb.

W 77  
W 77







Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

O JURIDICA  
 VS NON  
 ATIS  
 enen Deugen/  
 JURIDICÆ DECRETO  
 IA FENENSI  
 MBONÈ  
 EMIE MAGNIFICI  
 LUSTRIS  
 ANI VVILD-  
 ELII,  
 , Consiliar, Saxo-Ise-  
 rovincialis & Scabinatus  
 licæ Assessoris ut & Pro-  
 arum Ordinarii  
 otoris sui gratiosi  
 Maji MDCC.  
 io ICTorum  
 endam proponet  
 IS Breiber / Fac. Phil.  
 nd, et L. P. C.  
 eris MÜLLERIANIS 1706,